

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Horis Canonicis Juxta Rubricas Breviarii Romani ritè recitandis - In qua etiam ipsæ Rubricæ Notis brevibus illustratæ, & Martyrologij Romani nomina suis Accentibus signata continentur, Ad Faciliorem Discentium Vsvm Ac Prixin

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1676

Tit. XXXIII. De Symbolo Apostolorum, & Symbolo S. Athanasij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48333](#)

Officio Domini , quia tunc sufficit dixisse eam in principio cum Oratione Dominica.

ET
A.
Saluta-
per dici-
d Com-
em bre-
nostrum
e Com-
dicitur
similite-
ium ani-
am, nisi
ost illud
ora sub-
tur Pa-
ipio se-
, ita ut
i autem
orium,
Domin.
e profe-
nper in
verba:
as nun-
b. Ad
dicun-
odoma-
nte Of-
ur cum
Officie

TITULUS XXXIII.

DE SYMBOLO APOSTOLORVM ET
SYMBOLO S. ATHANASII.

I. **S**yymbolum Apostolorum *b.* semper dicitur ante Matutinum & Primam, & finito Completo post Orationem Angelicam totum secretò: etiam si ad Primam & Completorium iterum dicendum sit cum Precibus. Quando verò dicitur cum Precibus ad Primam & Completorium, clarâ voce profertur *Credo in DEV M*, & in fine *Carnis resurrectionem*, reliquum dicitur secretò: aliàs totum secretò dicitur, ut suprà.

B. Sic dictum, quia Apostoli in unum conferentes ilud composuerunt.

II. Symbolum S. Athanasij dicitur ad Primam post Psalmum *Retribue*; in omnibus Dominicis per annum, quando Officium fit de Dominica, exceptis Dominicis infra Octavas Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis & Corporis Christi, ac Dominicis Resurrectionis & Pentecostes, in quibus dicuntur tres Psalmi consueti, ut in Festis: In Dominicis infra alias Octavas, & in Dominica Trinitatis *c.* alias nunquam: neque si aliquod Festum Duplex celebratur in Dominica. Et in fine illius dicitur *Gloria Patri*.

C. Vnde si alicubi Officium SS. Trinitatis cum Octava celebratur, non propterea, ut Theophylus Raynaudus in Heterod. Spirit. cap. voluit, dicitur per totam Octavam, sed in sola Dominica Trinitatis, cùm huic soli Rubricæ ob Mysterij altitudinem hoc Canticum attribuant.